

tit fundator. decimationes. in Bernerdiggerode. In Suthscauno. In Biresloue. In Thiederziggerode. In Culisbere. In Winitherode. In Brodesende. In Luttherig-gerode. In Bouiggerode. In Emmenrode. In Geschen- rode. In Eggerziggerode. In Backenrode. in Benezig- gerode. In Waliggerode. Ex donatione uero Bur- chardi secundi deo dilecti epischopi. decimationes in Iggenloue. In Baleresloue. In Roreshem. In Thru- bike. In Aldenrode. In Thurwardiggerode. In Gun- deraderode. In Ezerdiggerode. In Vresloue. Ex do- natione uero Herrandi epischopi qui et Stephanus dictus est. decimationes in Dannenstide. et in Suthlochtenheim. sed et omnes mansos in prefato pri- uilegio predecessoris nostri seriatim descriptos. Ex donatione uero Reinhardi epischopi decimationes de noualibus in omnibus locis. in quibus decimas ha- bere uidemini. Predia quoque in Papesthorpe et in Wochkenstide octo talentorum censem annuatim per- soluentia. que per Ottoneum episopum pro Goden- husen et Alerstide uestro sunt collata et confirmata monasterio. Hec ergo et omnia que nunc in presen- tiarum tuo uel tuorum predecessorum studio conquisita canonice possidetis. sed et quemcumque in posterum justis dumtaxat modis potueritis obtainere. in utriusque sexus mancipiis. terris cultis et incultis. areis. edificiis. agris. pratis. paschuis. campis. siluis. uenationibus. aquis aquarumque decursibus. riuis. punctionibus. molis. molendinis. thelonieis. uiis. et inuiis. exitibus. et redditibus. mansis. et decimis. quesitis et acquirendis. more pre- decessorum nostrorum sub interminatione anathematis et eterne dampnationis uobis confirmantes auctoritate nichilominus apostolica prohibemus. ut nullus de pre- diis que a uobis in usus uestros excoluntur decimas uel aliquas pensiones exigat. et ut nullus aduocatus preter ius et beneficium antiquitus institutum aliquid sibi arripere uel usurpare presumat. subadvocatos ue- ro et eorum exactores omnimodis ab ecclesię uestre infestationibus per episopos remoueri et coherceri in uirtute spiritus sancti precipimus. sin autem aliquis contra hanc nostram preceptionem uel prohibitionem de cetero aliquid attemptare presumpserit. ut apostoli decreti violator. nisi ammonitus resipuerit. chri-